UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Decretum Gratiani

## Gratianus <de Clusio>

## Parisijs, 1542

Quinta, an sit peccatu[m] iudici vel ministro reos occidere? Non: causa iustitie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

reſuſcitati ſunt, ſed ſepulti.

Itē Aug. contra Creſconiū grammati. lib. j.

¶ Que veritati ɔtraria ſunt, chriſtiani pſequi debent.

Quiſquis[a] chriſtian⁹ iniquū non pſequit, Chriſti eſt inimicus[b]. verū dicis ſi non hoc in illo perſequit quod Chriſto eſt inimicum. neqꝫ ei̅ domin⁹ in ſeruo, pater in filio, maritus in coniuge (cum ſint vtriqꝫ chriſtiani) non debēt pſequi niſi vitia chriſtiane contraria veritati. An vero ſi non perſequant, non rei negligētie merito tenebunt?

Itē Aug. ad Macedonium.

¶ Quēadmodū homo dꝫ diligere, primū ſicut ſeipſum.

Debet homo diligere primū ſuū ſicut ſeipſum vt quē potuerit hominē[c] beneficētia, ɔſolatione, vel informatione doctrine vel diſcipline coercione adducat ad colendum deum.

Item Auguſtin⁹ ad Donatū preſbyterum. De eodem.

Mali ſunt phibēdi a malo, ⁊ cogēdi ad bonum.

Ex his oibus colligit q vindicta eſt inferenda non amore ipſius vindicte, ſed zelo iuſtitie: nō vt odiū exerceatur, ſed vt prauitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquādo inferatur dānis rerū, aliquando flagellis, aliquādo etiam morte: querit an ſit pctm̄ iudici vel miniſtro reos morti tradere?

¶ Queſtio.v.

Quod autem[d] nulli liceat aliquē occidere illo ꝑcepto pbat quo dn̄s in lege homicidium prohibuit, dicēs: Non occides. Itē in euangelio: Ois qui acceperit gladiū, gladio peribit.

Item Auguſti. ad Marcellianum comitē de donatiſtis captis.

¶ Mali nō ſunt interficiendi, ſed flagellis emendandi.

Circuncelliones illos clericos partis donati quos de hyponēſi ciuitate ad iudicium pro factis eorum publice diſcipline cauſa deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, ⁊ plurimos eorum de homicidio quod in Reſtitutum[e] preſbyterum catholicum commiſerunt, et de cede Innocentij alterius catholici preſbyteri, atqꝫ de oculo ei⁹ effoſſo, ⁊ de digito ꝑciſo fuiſſe

---

Quiſquis. ¶ Caſus. Creſconius grammaticus dicebat q inimicus dei erat qui chriſtianum perſequebatur. Sed Auguſti. reſpondet hoc eſſe verum ſi ex odio perſequebatur. ſed ſi perſequebatur ex charitate vitia que ſunt in chriſtiano, dei eſt amicus. quod probat tribus exēplis, ſcz dn̄i, et patris, et mariti. Et nota q a principio cap. viqꝫ ibi: verum. ſunt verba Creſconij: poſtea vero ſequūtur verba Auguſt. que interrogatiue leguntur.

a ¶ Quiſqꝫ. verba Creſconij.

b ¶ Inimicus. ſ. lxxxvj. diſt. odio. ſ. e. q. duo iſta.

c ¶ Debet. ¶ Hominē. arg. q cū pecunia poſſumus aliquos allicere ad fidem: vt. j. e. qō. vij. qō autē. et. ſ. xlv. diſtin. qui ſyncera. ſub tali enim conditione poſſum⁹ aliquā ducere in vxorē, vt fiat chriſtiana. xxviij. qōe. j. caue. ⁊ ca. nō oportz. ⁊ poſſum⁹ eos grauioribus penſionibus onerare vt conuertātur. j. e. q. vj. iam vero. qō ſatis admitti poteſt. ⁊ ſic in talibus ſpiritualibus licite fit pactio vbi agitur de conuerſione alicuius ad fidem. et ſic nō obſtat. j. q. ij. q̄ꝫ pio. Jo.

Pactio qñqꝫ licite fit i ſpūalibus.

Mali. ¶ Ex his oibus ¶ Caſus. Cōcludit Gratia. ex ſupradictis q vindicta eſt inferenda zelo iuſtitie, ⁊ non amore vindicte. ſ. non vt odium exerceatur, ſed vt prauitas corrigatur. ſed cum vindicta quandoqꝫ inferatur damnis rerum, quādoqꝫ flagellis, et quandoqꝫ ipſa morte: querit an peccet iudex vel miniſter reos occidendo.

Quod autē. ¶ Hec queſtio diuidit in. vij. partes. In prima intēdit pbare p ſex autho. q eccleſia p eis dꝫ intercedere. Scḋa ibi: Hinc apparet. Tertia ibi: Seipſum. Quarta ibi: Miles. Quīta ibi: Ipſis autē. Sexta ibi: Preterea. Septima ibi: Nō ſolū. Jo. de fan.

¶ Caſus. Hic intitulatur quinta queſtio qua queritur an peccet iudex vel miniſter occidendo reos? Et reſpondet q non: vt. j. e. miles. ⁊ ca. cum miniſter. dummodo faciat hoc amore iuſtitie: vt. ſ. q. proxi. ea vindicta. ⁊ quandoqꝫ q̄ non eſt iudex, ſine peccato poteſt alium occidere, ſcz ſi ſe defendendo occidat: vt. j. eo. cum homo. et. ſ. diſt. quia te obnoxium. Similiter publicum latronem vel nocturnum depopulatorem agrorum poteſt occidere: vt C. quando liceat vnicuiqꝫ ſine iudice ſe vindicare. l. vna. Et procedit hoc ordine Gratianus. Primo probat q mali non ſunt interficiendi, vſqꝫ ad. ſ. hinc apparet. Exinde probat q poſſunt interfici, vſqꝫ ad. ſ. ſi ergo. ⁊ tādē dat ſolutionē.

d ¶ Quod autē. Nulli licet occidere niſi habeat poteſtatē gladij: nec tunc licet niſi cum hoc facit amore iuſtitie: vt. ſ. q. proxi. ea vindicta. et. j. eo. miles. Item ſi ſpes eſt correctionis, non debet occidere. ſed ſi nō eſt ſpes correctionis, poteſt occidere, vel reddere eum inutilem ad malefaciendum: vt. ſ. q. pri. eſt iniuſta. j. e. c. rex debet. ſi autem paratꝰ ſit corrigi: nec occidi dꝫ, nec debilitari in membris: vt hic, ⁊. j. e. c. j. ij. et iij. et hec vera ſunt q iudex ſol⁹ poteſt occidere niſi ſint aliqui nocturni depopulatores agrorum: vel ſint latrones in publicis ſtratis, quos quilibet poteſt occidere: vt C. quādo licet vnicuiqꝫ ſine iudi. ſe ipſum vindi. l. j. et ſ. q. iij. fortitudo. vel niſi defendendo ſe occidat aliquem. extra de homi. cap. ij. circa finem. j. e. cum homo. h.

Occidere an ſit alicui pmiſſu.

Exo. xx. b. Mat. xxvj. e.

Circuncelliones. ¶ Caſus. Quidā heretici donatiſte interfecerunt quēdam preſbyterum catholicum nomine Reſtitutū. quēdā vero aliū preſbyterū ſcz innocentiū verberantes eius effoderūt oculū, ⁊ digitum preciderūt: ꝑpter que ſcelera cum ducti fuiſſent ad comitē Marcellianū: verberib⁹ fuſtigati, rei veritatē ſunt confeſſi. Sed q: Auguſt. timebat ne ꝑpter talia ſcelera interficerent, ideo rogat prefatū comitē vt eos nō interficiat: licet poſſet hoc ſub diſſimulatione tranſire, cū non fuerunt a clericis accuſati, ſed a notarijs quoꝝ intereſt, preſentare. vnde rogat eū vt in monaſteriū detrudātur, vel alicui tali deputent operi, vt eoꝝ audacia refrenet: ⁊ mala q̄ fecerūt, ſalutifere valeāt emēdare.

e ¶ Reſtitutum. Proprium nomen.

a ¶ Confeſſos. Coram laico. et ſic eſt contra. extra de iudi. at ſi clerici. in fine. ſed iſti propter hereſim ſunt facti de foro eius.
b ¶ Solicitudo. quia eos accuſauerat, † licet nō ex nomine: vnde timuit ꝙ eſſet reus mortis ipſorum: vt. ī. ea. vnum. in fine.

confeſſos[a] vnde mihi ſolicitudo[b] maxima incuſſa eſt ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legū ſeueritate eſſe plectendos vt qualia fecerūt, talia patiantur. Ideoqꝫ his lr̄is obteſtor fidē tuam quā habes in xp̄o, per ipſius dn̄i nr̄i miſericordiam, vt hoc nō facias[c]: nec oīno fieri ꝑmittas. Quis em̄ ab illoꝝ interitu[d] diſſimulare poſſumꝰ, qꝛ non accuſantibus noſtris, ſed illoꝝ[e] notarijs[f] ad quos tuende publice pacis vigilātia ꝑtinebat, preſentati videantur examini: nolumꝰ tn̄ paſſiones ſeruorum[g] dei quaſi in aliene partis ſupplicijs vīdicari: nō ꝙ ſceleſtis hoībus licentiā facinorū ꝓhibeamus auferri, ſed hoc magis ſufficere volumus, vt viui, ⁊ nulla[h] parte corporis trūcati, vel ab inquietudine inſana ad ſanitatis ociū legum coerctione dirigātur, vel a malignis operibus alicui vtili operi deputent̄. vocatur quidem et iſta dānatio[i]: ſed qs non intelligit magis bn̄ficium qꝫ ſupplicium nuncupandū, vbi nec ſeuiendi relaxatur audacia: nec penitendi ſalutaris medicina ſubtrahitur? Imple chriſtiane iudex pij patris officiū: ſic ſuccēſere[k] iniquitati memineris, vt nō in peccatoꝝ atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinem: ſed peccatorū vulneribus curandi adhibeas volūtatem. Noli perdere paternā diligētiā, quā in ipſa inquiſitione[l] ſeruaſti qn̄ tantorum ſcelerū confeſſionē non extento aculeo, ‡ nō ſulcātibus vngulis, non vrētibus flammis, ſed virgarū verberibus eruiſti: qui modus coerctionis et a magiſtris[m] artiū liberalium et ab ipſis parentibꝰ adhibet̄: et ſepe ī iudicijs ſolet ab ep̄is[n] adhiberi: Noli ergo atrocius vindicare qđ leuiꝰ inquirendi qꝫ puniēdi maior neceſſitas ē: ad hoc eī ⁊ mitiſſimi hoīes facinꝰ admiſſum diligenter atqꝫ inſtāter examinare debent, vt quibus parcant inueniant.

Idem Marcelliano.

¶ Preter ſupplicium mortis rei ſunt puniendi.

Pena[o] illorum qꝫuis de tantis ſceleribus cōfeſſorum rogo te vt preter ſupplicium mortis ſit, ⁊ propter conſcientiam noſtram, et propter catholicam manſuetudinem cōmendandā. Ipſe enim fructus ad nos peruenit confeſſionis illoꝝ: qꝛ inuenit catholica eccleſia vbi erga atrociſſimos inimicos ſeruet atqꝫ exhibeat lenitatē. in tanta quippe crudelitate quecūqꝫ p̄ter ſanguinē vindicta ꝓceſſerit, magna lenitas apparebit. Qđ et ſi modo quibuſdaꝫ veſtris illa atrocitate commotis videtur indignū, ⁊ quaſi diſſolutionis et negligētie ſimile: trāſactis[p] tamen motibus animoꝝ (q̇ recentioribus factis ſolēt turbulentius excitari) egregie luculenta bonitas apparebit.

Idem Donato.

¶ Mali prohibēdi ſunt a malo, et cogendi ad bonum.

Unum ſolū eſt qđ ī tua iuſtitia pertimeſcimꝰ: ne forte qm̄ quicquid mali cōtra chriſtianam ſocietatem ab hominibus impijs ingratiſqꝫ committitur, ꝓfecto grauius eſt: et atrocius, qꝫ ſi in alios cōmittatur: tu quoqꝫ ꝓ immanitate facinorum, ac nō potius

c ¶ Non facias. Arg. ꝙ in criminibus pōt iudex penam tēperare. Argu. contra. ij. q. iij. §. notandum.
d ¶ Interitu. argu. ꝙ iudex ſecularis poteſt corrigere clericos incorrigibiles: vt. ī. eod. ſi audierit. extra de ſent. excō. perpendimus.
e ¶ Sed illorum. Iudicum.
f ¶ Notarijs. id eſt officiarijs q̄ deferunt crimina iudicibꝰ: vt. iiij. q. iiij. §. aliquādo. ſicut teſtes ſynodales deferūt crimīa epiſcopis. xxxv. qō. vj. epiſcopus.
g ¶ Seruorum. id eſt quas patiuntur ſerui dei.
h ¶ Et nulla parte corporis truncati. ſ. q. proxi. eſt iniuſta. cōtra. ſed hic de corrigibilibus: ibi non.
i ¶ Dānatio. no. iudices poſſe remittere penam. ſic xxij. q. iiij. innocēs.
k ¶ Succēſere. i. iraſci.
l ¶ Inquiſitione. id eſt ꝑ inquiſitionem criminum.
m ¶ Et a magiſtris. magiſtri non incidunt in canonē verberando clericos cauſa diſcipline. ex̄ de ſen. excō. ſuper eo. dū tamē nō nimiū ſeuiāt in eos: vt. ff. ad legeꝫ aqui. preceptoris. quibꝰ aūt liceat alios caſtigare, habes. ſ. e. q. iiij. duo iſta. vij. qō. j. ſicut. datur autē iſta poteſtas patri in filium clericū quouſqꝫ ſacrū ordinē receperit: licet tamen ordo non liberet a patria poteſtate. vt. liiij. diſti. ſi ſeruus. ij. vnde maiorē ptātē hꝫ magiſter in diſcipulū, qꝫ pater in filiū: cū magr̄ adhuc poſt ordinē hꝫ eū in ptāte, ꝑ illā decre. ſuꝑ eo. ex̄. e. cum voluntate.
n ¶ Ab ep̄is. Non tn̄ manibꝰ ꝓprijs hoc facere pōt, vt lxxxvj. diſtin. non liceat. nec per laicuꝫ pōt hoc facere, ſed per clericū: vt ex̄ de ſen. excō. vniuerſitatis. Eſt ergo hic arg. ꝙ iudex eccleſiaſticus virgis poteſt punire, † et ꝙ clerici virgis poſſunt puniri: vt. v. qō. v. illi qui. ⁊. xlv. diſt. cū beatꝰ. Io.

Pena. ¶ Caſus. Quidaꝫ catholici ſcelerum atrocitate cōmoti iudicabant donatiſtas interficiendos q̄ homicidiū ⁊ cedē cōmiſerunt in reſtitutū ⁊ innocētium catholicos ſacerdotes. Sꝫ Auguſt. ſcribit comiti marcelliano, rogāſ eum vt non interficiat eos, tū ꝓpter conſcientiā ſuā, tū propter manſuetudinem eccleſie commendandā: ſed imponat eis aliam penā: que quātacūqꝫ fuerit mitiſſima reputabitur dūmodo pena ſanguinis non irrogetur.
o ¶ Pena. Hic dicitur ꝙ ꝓpter tria parcendū ſit iſtis: tum quia vidēt eccleſiā leſam habere cōſciētiam ſi ad denunciationē ſuam iſti occidantur. tū propter ſpē correctiōis. tū ꝓpter māſuetudinem eccleſie.
p ¶ Tranſactis. Arg. ꝙ executio ſētentie in cauſa ciuili vel criminali differenda eſt. xj. qōe iij. cū apō. Arg. cōtra. ij. q. j. ſicut.

Unum ſoluꝫ. ¶ Caſꝰ. Auguſti. rogat donatum ſuppliciter ſicut pōt ne q̄ſdā he-

‡ Hoc non habet ex textu, vnde dicebat §. ꝙ iſti accuſati ſūt a notarijs curie. ⁊ hoc denotatur ibi. ideoqꝫ ibi: qꝛ non accuſantibus noſtris ⁊c. Clerici incorrigibiles poſſunt a iudice ſeculari corrigi.

Magiſter et pater clericum verberantes non incidūt in canonē.

‡ Alias equuleo.

Ep̄us nec ꝑ ſe nec per laicum verberet clericos

‡ De hoc etiā not. ī. e. qō. vij. his a quibus in glo. virgis tamē ⁊c.

reticos captos occidat, quos occidi timebat: eo ꝙ grauius contra chriſtianos committitur ꝙ̄ contra alios: ſed alijs dignis ſupplicijs coerceantur, vt de ſuis peccatis valeant penitere. alioquin eccleſia operam non exhibebit vt tales heretici capiant: quo cōperto licentius cōtra eccleſiā iſultabūt.

a ¶ Per operam noſtrā. Id eſt per querelas noſtras ⁊ eſt hic argu. ꝙ ſi iudex ſuſpēdit aliquem ad querelaꝫ clerici, ꝙ clericus non poſſit ꝓmoueri: vt. ṡ. ca. proxi. et de peni. diſtin. j. periculoſe. ⁊ ex̄ de exceſſi. prela. ex literis. argu. cōtra. ṡ. q. iiij. maximianus. et. j. ca. non vos. et ff. de bo. lib. qui cū maior. §. j. ⁊ eſt expreſſū extra de homicid. poſtulaſti. c. tua.

b ¶ Occidi. Arg. eſt hic ꝯ Hug. qui dicit ꝙ clericus debeat poti⁹ ꝑmittere ſe occidi: ꝙ̄ ꝙ ipſe occidat: vt diſt. ṡ e. q. j. in prin.

† Intellige ergo cum Ber. cū hoc ca. qn̄ taleſcape re poſſumus: nō debem⁹ eos interficere: vt h̄ dr. et hoc no. illa lr̄a occidendos veſtris iudicijs iferam⁹ ſm L.

P Rodeſt ⁊c. ¶ Caſ⁹ Hoc ca. diuidit in duas partes. In prima commēdat Auguſtinus impatoreꝫ, eo ꝙ per ipſum eccleſia adiuuat. In ſecūda rogat eum ne malos morte puniat, ſed ad vitam reſeruet: vt deflere poſſint peccata que commiſerant. ſi vero aliter cum ſint incorrigibiles eos punire voluerit, officiū dilectionis cōtra eos exerceat ⁊ nō cupiditatem nocendi. et ad hoc eum multipliciter hortat. Secunda ibi: Nō vobis.

c ¶ Et nr̄a. Mutuum em̄ preſtant ſibi auxilium. j. ea. principes.

Rom. xiij. a.

d ¶ Corrigatur. q. d. ſiue per verba ſiue per pecuniā, ſiue alio modo, non refert. ſic. ṡ. ea. q̄. iiij. ca. vidicta. Jo.

pro conſideratione lenitatis chriſtiane cenſeas coercendū. quod per Jeſum Chriſtuꝫ ne facias obſecramus. Et paulo poſt. Ex occaſione terribiliuꝫ iudicum ⁊ legum ne eterni iudicij penas luant, corrigi eos cupimus, non necari nec diſciplinam circa eos negligi volumus, nec ſupplicijs quibus digni ſunt, coerceri. Sic ergo eorum peccata compeſce, vt ſint quos peniteat peccaſſe. Et paulo poſt. Proinde ſi occidēdos in his viros putatis, deterrebitis nos, ne per operaꝫ[a] noſtram iudiciuꝫ tale quidem perueniat, quo cōperto in noſtram perniciem licentiori audacia graſſabuntur, neceſſitate nobis impacta: vt etiam occidi[b] ab eis eligamus potius, ꝙ̄ eos occidendos veſtris iudicijs inferamus.

Idem Macedonio.

¶ Quies eccleſie, principum ſeueritate iuuatur.

PRodeſt ſeueritas vr̄a, cuius miniſterio quies adiuuatur et noſtra[c]. prodeſt interceſſio noſtra, cuius miniſterio ſeueritas temperatur ⁊ veſtra. ¶ Non vobis diſpliceat ꝙ rogamini a bonis: quia nec nobis diſplicet, ꝙ timemini a malis. Nam hominum iniquitatē etiam apoſtolus Paulus non tantum iudicio futuro, verūetiam de preſentibus veſtris ſecularibus poteſtatibus terruit: aſſerēs etiā ipſas ad diſpenſationem diuine prouidētie pertinere. Omnis (inquit) anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit ⁊c. Hec verba apoſtoli vtilitatem veſtre ſeueritatis oſtēdūt. Proinde ſicut dilectionē iuſſi ſunt terrentibus debere qui timēt, ita dilectionē iuſſi ſunt timentibus debere qui terrēt. Nihil cupiditate nocēdi fiat, ſed omnia conſulendi charitate: ⁊ nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidet vltio cognitoris, vt nec itercesſoris religio cōtēnatur: q2 ⁊ plectēdo ⁊ ignoſcēdo hoc ſolū bene agitur, vt vita hominum corrigatur[d]. Q2 ſi tanta eſt peruerſitas et impietas, vt corrigendis reis nec diſcipline nec venie remedia ſuffragēt, ab omni tamen intētione atqꝫ cōſciētia quā deus cernit, ſiue ſeueritate, ſiue lenitate, nō niſi officium dilectionis impleatur.

¶ Palea.

HOc tñ intelligendū eſt de illis quos preſentia ſupplicia in melius cōmutāt: non de illis qui obſtinati ſunt in malo: qui ſi ſemꝑ viuerent, ſemper peccarēt: quorū pena hic icipit, ⁊ in eternū durabit.

Item Hieronym⁹ in Naum prophetam.

¶ Impreſentiarum nonnulli puniuntur, ne in eternū flagellentur.

QUid ergo (ait) cōtra dominū cogitatis? ipe eſt qui creauit mundū, ⁊ conſummationē eius faciet. Q2 ſi vobis videtur crudelis ⁊ rigidus ⁊ cruētus ꝙ in diluuio genus deleuit humanū: ſuper Sodomam ⁊ Gomorram ignē ⁊ ſulphur pluit: Egyptios ſubmerſit fluctibus: iſraelitarū cadauera ꝓſtrauit in eremo: ſcitote eum ideo ad preſens reddidiſſe ſupplicia ne in eternū puniret[e]. Certe aut vera ſūt que prophete loquuntur aut falſa. Si vera ſunt que de ſeueri-

Quid ergo. ¶ Caſus. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte redarguit Hieroñ. quoſdam qui dicebant deum fuiſſe crudelem, rigidum, et cruentum: quia in diluuio genus deleuit humanū: ſodomam ⁊ gomorram ſubuertit: egyptios in fluctib⁹ ſubmerſit: iſraelitas i deſerto ꝓſtrauit. Et oſtendit ꝙ ideo deus hec fecit in vita p̄ſenti, ne in eternum punirent. qđ probat vno argumento cornuto, dicens: ea que ꝓphete dixerunt, aut vera ſūt aut falſa. Si vera ſunt, ergo in alia vita nō punientur: quia propheta dicit: Non iudicabit deus bis in idipſum. Si vo falſa ſunt, ergo ⁊ falſuꝫ eſt qđ dicitur: Nō conſurget duplex tribulatio: et deus que ſūt in lege ſcripta nō fecit. ⁊ ꝙ falſa ſunt dicere nephas eſt: ergo qui puniti ſunt, iteruꝫ nō punientur. In ſcđa parte q̄rebat a Hiero. ſi chriſtianus dep̄henſus in adulterio decollet aut poſtea punietur aut non? ſi punietur, ergo falſuꝫ eſt qđ dicitur: Nō iudicabit deus bis in idipſum. Si non puniet, optare debet adulter vt breui pena capitis euitet eternos cruciatus. Ad quod Hieronym⁹ reſpondet dicens ꝙ deus ſcit menſuras ſuppliciorum: ⁊ ſi quis in vita preſenti non eſt ſufficienter punitus, iterum punietur. alioquin nō debet iterum puniri: vt ille qui maledixerat iſraelite, q2 leuis culpa eius preſenti ſupplicio eſt cōpenſata. Ipſi dixerunt, ſcilꝫ prophete. Sequēs ca. patet.

Gen. vij. g. Gen. xix. c.

e ¶ Puniret. Ergo hoc de penitentibus tātum: vt. j.

de peniten. diſtinct. iij. §. authoritas. nam quotidam pe na incipit hic, ⁊ durat in infinitum: vt. j. de peniten. diſt. iij. ignis ſuccenſus eſt. ſicut econuerſo quandoqꝫ remunerat aliquos temporaliter, vt eos puniat eternaliter: vt. xxij. queſt. ij. ſi quelibet.

licet teneaẗ aliquos defendere, nō tamē teneẗ ꝑ eis bellum mouere: vt. C. de epiſ. audi. addictos ſupplicio. Jo.

¶ Hinc apparet. ¶ Hec eſt ſcḋa q̄ō in qua magiſter ꝓbare intēdit ꝙ iudices nō peccāt occidēdo ſm legē: ſʒ illi tantū peccāt q̄ ſine authoritate ⁊ ſine iuſſu diuino homině occidūt. ⁊ hoc ꝓbat per multos pa tres veteris teſtamēti. Jo. de fan.

Tēporaliť remunerant aliq̄s vt puniātur eternaliter.

a ¶ Falſum eſt. q. d. ex quo falſum dixerunt in vno, dicūt ergo et in alijs: et eſt hic arg. ꝙ inſtrumētum vel teſtamentum ✝ ſi eſt in vno falſum, ergo in oib⁹: vt. §. di. ix. ſi ad ſacras.

Naū j. c. ſm aliā literā.

b ¶ Nō preueniri. Tunc ſententia iudicis preueniretur, ſi quis hic plene punit⁹ eſſet, q̃ in futuro non puniretur.

al's teſtioniū.

c ¶ Judicij. id eſt Chriſti. ✝

✝ al's. ſ. terreni.

d ¶ In peccatorē. Non punitum hic ſufficienter.

e ¶ Exercende. in futuro.

f ¶ Iſraelitij. Id eſt deo iſraelitarū.

g ¶ Leuis. Ecce ꝙ leuē dicit culpā maledicere deo cū magis ſit maledicere deo q̄ꝫ principi. ſic. C. ſi quis impe. male. l. vnica.

h ¶ Reos. j. q̄ōe viij. ſi vobis.

i ¶ Defēdat. oēs fugientes ad eccleſiā tenetur defendere: vt. xvij. q. iiij. reū. et hoc verū eſt ſiue rei ſint ſiue nō niſi in caſibus. extra de immu. ec. inter. ⁊ ca. vlt. Sed illos q̄ non fugerint ad eccleſiam, qñqꝫ iuuabit, qñqꝫ non. ſi eñ eſt ſpes correctionis, dʒ eos iuuare: vt. §. q. pxi. eſt iniuſta. Item ſi iniuſte ſint condēnati aliqui: omnibus modis iuuabit eos. ſi autē iuſte: tūc temperate ⁊ nō importune iuuabit eos: ſed tantū intercedendo ꝓ eis, ne ex indiſcreta defenſione incidat eccleſia in malam opinionē: vt. xiiij. q. vlt. hi qui. ⁊. §. q. iij. non in ferēda. Et

Condēnati et iuſte et iniuſte ſunt ab eccleſia iuuādi.

tate eius videntur dicere, ipſi dixerunt: Non iudicabit deus bis in idipſum in tribulatione. Si autem falſa ſunt, et falſum eſt[a] hoc quod dicitur: Nō conſurget duplex tribulatio: falſa eſt ergo ⁊ crudelitas que in lege deſcripta eſt. Quod ſi verum eſt, et negare non poterunt, dicente propheta: Nō iudicabit deus bis in idipſum in tribulatione: ergo qui puniti ſunt, poſtea non punientur. Si autem illi poſtea punientur, ſcriptura mentitur: quod nephas eſt dicere. Receperūt ergo ⁊ qui in diluuio perierūt, ⁊ Sodomite, ⁊ Egyptij, ⁊ Iſraelite in ſolitudine, mala ſua in vita ſua. ¶ Querat hic aliquis ſi fidelis deprehenſus in adulterio, decolletur: quid de eo poſtea fiat? Aut enim punietur: et falſum eſt hoc quod dicitur: Non iudicabit de⁹ bis in idipſum in tribulatiōe. Aut non punietur: et optādum eſt adulteris vt impreſentiarum breui et cita pena cruciat⁹ fruſtrentur eternos. Ad quos reſpondebimus, deum vt ⁊ omnium rerum, ita ſuppliciorum quoqꝫ ſcire menſuras, et non preueniri[b] ſententia iudicis[c]: nec illi in peccatorem[d] exercen de[e] dehinc pene auferri poteſtatem, ⁊ magnum peccatum magnis diuturniſqꝫ elui cruciatibus. Si quis autem punitus ſit, vt ille in lege qui Iſraelitis[f] maledixerat, ⁊ qui in ſabbato ligna collegerat: tales poſtea non puniri, quia culpa leuis[g] preſenti ſupplicio ſeueritatis compenſata ſit.

Item Gregorius papa.

¶ Qui rei ſunt ſanguinis, ab eccleſia defendi debent.

Reos[h] ſanguinis defendat[i] eccleſia, ✝ ne effuſione ſanguinis particeps fiat.

Hinc apparet ꝙ mali flagellis ſunt coercendi, non membrorum truncatione vel tēporali morte plectēdi. Sed obijcitur illud q̄ḋ dñs ait ad Moyſen: Maleficos non patieris viuere. Item. Qui coierit cum iumento, morte moriaẗ. Adulterij etiam vel blaſphemie crimine notatus immiſericorditer lapidari iubeẗ. Itē Moyſes qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuel etiam Agag pinguiſſimum regem in fruſta conſcidit. Phinees quoqꝫ Judeum cum madianita coeuntem gladio transfixit: quod eſt ei reputatum ad iuſtitiam. Similiter nonnulli in veteri teſtamento inueniūtur malos trucidaſſe: nec tamen transgreſſores legis, ſed defenſores appellantur. Prohibetur ergo illo[k] precepto quiſqꝫ ſua authoritate in necem alicuius armari, non legis imperio reos morti tradere. qui enim publica poteſtate functus ipſius legis imperio malos perimit: nec illius precepti transgreſſor, nec a celeſti patria alienus habetur.

Unde Aug. ad publicolam.

¶ Ex officio non eſt peccatū hominem occidere.

De occidendis hoib⁹ ne ab eis quiſqꝫ occidaẗ, non mihi placet cōſiliū: niſi forte ſit miles[l], aut publica functione teneatur, vt nō pro ſe[m]

¶ Ca[ſus]. Hucuſqꝫ probatū eſt ꝙ mali non ſunt morte puniendi. Nunc cōtrarium probat ſex authoritatibus et exēplis. Poſtea ſoluit dicēs, ꝙ qui habet poteſtatem occidendi, licite occidere pōt malos: ſed authoritate ꝓpria hoc nō poteſt, quod ꝓbat ſequenti ca.

k ¶ Illo ꝑcepto. Non occides.

De occidēdis hoib⁹. ¶ Caſus. Publicola de duob⁹ queſiuit ab Aug. Primo vtrū quis iuſte poſſit interficere malos, ne ipſi alios occidāt. Et rñdet ꝙ nō, niſi ſit miles vel poteſtas qui faciat non pro ſe, ſed ꝓ vtilitate aliorū. Scḋo an ſit peccatum repellere malos obſtaculū interponēdo: et ſi aliquid contingat inde preter voluntatē noſtrā, an nobis imputetur? Et rñ. non eſſe peccatū: nec nobis imputari debet ſi aliquid inde ꝯtingat. et hoc probat. viij. exēplis. ſ. exemplo muli et bouis, equi et canis, pauli, et ferramentorū, arboris et feneſtre. Scḋa pars incipit ibi: qui vero repelluntur.

l ¶ Miles. ſub poteſtate aliqua ꝯſtitut⁹: vt. j. e. miles. niſi hoc fiat in iuſto bello: vt. j. ea. ſi homicidium. et in caſibus poſitis in ſumma huius queſtionis.

m ¶ Pro ſe. Sic ergo officiatus nō poteſt eſſe aduoca-

✝ Ex iſto tex. inferẗ ꝙ clericus pōt eſſe aduocat⁹ ꝓ accuſato de crimie: facit tex. i. l. addictos. cū ibi not. C. ḋ epiſco. et cleri.

Exo. xij. c.
Leui. xx. c.
Exo. xxxij.
j. Re. xv. g.
Nūe. xxv. d.

hoc faciat,ſed pro alijs,vel ꝓ ciuitate vbi etiam ipſe eſt:accepta legitima poteſtate,ſi ei⁹ congruit perſone [a]. Qui vero repelluntur aliquo terrore ne mala faciant,etiã ipſis fortaſſe aliquid preſtatur. hinc autẽ dictum eſt. Ne reſiſtamus malo:ne nos vindicta delectet,q̃ alieno malo animũ paſcit:non tamen vt correctionẽ hominũ negligam⁹. Unde [b] nec re⁹ eſt mortis aliene qui cum ſue poſſeſſioni muroꝝ ambitũ circunduxit aliquis ex ipſoꝝ vſu percuſſus interijt. Neqꝫ enim re⁹ eſt [c] chriſtianus ſi bos eius aliquẽ feriendo,vel equus calcẽ iaciendo aliquem occidat:aut ideo non deberent chriſtianoꝝ boues habere cornua,aut equus vngulas,aut dentes canes. An vero quoniã Paul⁹ [d] apoſtolus ſatiſegit vt in tribuni notitiã perferret inſidias ſibi eſſe a quibuſdam perditis p̄paratas,⁊ ob hoc deductores accepit armatos:ſi in illos ſcelerati homines incidiſſent,Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuũ crimẽ agnoſceret? Abſit vt ea que ꝓpter bonum [e] ac licitum facim⁹ aut habemus:ſi aliquid per hec preter noſtram voluntatem cuiqꝫ mali acciderit,nobis imputetur:alioquin nec ferramenta domeſtica aut agreſtia ſunt habenda,ne quis ex eis vel ſe vel alterum interimat:nec arbores plãtande,ne quis ſe inde ſuſpendat:nec feneſtra facienda,ne per hanc ſe quiſqꝫ precipitet.et quid plura commemorem,cum ea commemorando finire nõ poſſem? quid eſt in vſu hominum bono ac licito,vnde nõ poſſit [f] pernicies irrogari? Seipſum etiã perimere,nulla legis authoritate alicui permittitur.

Unde Auguſti.lib.j.de ciuitate dei.

¶ Qui deo authore bella geſſerunt,precepta non occidendi nequaqꝫ tranſgreſſi ſunt.

SI non licet priuata poteſtate alicui hominem occidere innocentẽ,cuius occidendi licentiam lex nulla cõcedit:profecto etiam qui ſeipſuz occidit,homicida eſt: ⁊ tanto [g] nocentior cum ſe occiderit,quanto innocentior in ea cauſa fuit,qua ſe occidendum putauit. Nam ſi Jude factũ merito deteſtamur,eũqꝫ veritas iudicat cũ laqueo ſe ſuſpendit,ſcelerate illius traditionis auxiſſe potius q̃ expiaſſe cõmiſſum,quiã de dei miſericordia deſperãdo exitiabil'r penitẽs,nullũ ſibi salubris penitẽtie locũ reliquit:quanto magis a ſua cede ſe abſtinere debet q̃ tali ſupplicio quod in ſe puniat non hꝫ? Judas enim cũ ſe occidit,ſceleratiſſimuz hominẽ occidit:⁊

tus in propria cauſa,⁊ ita officiũ ſuum eſt ei damnoſum. ſi.x.q.ij.hoc ius.ſicut nec in cauſa ſua poteſt quis eſſe iudex: vt.ꝫ.q.iiij.inter. Vel dic pro ſe.i.ꝓ priuato odio. Cõc. Joan. Quod primo dixit,falſum eſt:cum non inueniatur hoc ꝓhibitum,nec litera iſta contradicit. Bar.

a ¶ Perſone. hoc dicit ꝓpter epõs qui habent iuriſdictionem ſecularẽ,ſꝫ nõ poſſunt preſidere ne quis in cauſis ſanguinis: vt.xv.q.iiij.c.j.⁊.ij. ⁊.q.viij.his a quib⁹. hoc ⁊ ca.ſepe.

b ¶ Unde.q.d.cũ quis ex officio ſuo occidit aliquẽ,nõ eſt ei imputandum ſi ex officio tali ſequãtur homicidia. Ita continuantur ſequẽtia exẽpla. Vel ſic continua.ſi aliquis repellendo malos occidat aliquem,hoc non eſt ei imputandum.

c ¶ Reus eſt. Niſi equus ille fuerat calcitroſus,vel bos fuerat cornupeta. nam ſi talis nocuerit,bene tenetur dominus: vt.ff.ſi quadru.pau.fe.di.l.j.§.j.⁊.ij.et generaliter ſi habuerit tale animal quod cõſueuit nocere,vt vrſuz,leonẽ vel aprũ,ſiue ligatum,ſiue non:ſi occiſus fuerit liber homo,preſtabit.cc.ſolidos. ſed ſi aliter nocuerit,cõdemnabitur ſecundum arbitrium iudicis:ſed in ceteris reus condemnatur pena dupli: vt ff.de edil.edicto.hi enim.⁊.l.ſeq.

d ¶ Paulus. Ar. q non imputatur clerico qui ad defenſionẽ ſui iuris vocat milites,ſi aliquis occidatur.ſic.ꝫ.ea.q.iij.maximianus.

e ¶ Bonum.argu.q ſi aliquis dat operam rei licite,q nõ eſt ei imputandum ſi aliquid mali inde ſequatur: vt.l.diſtinct.ſepe.et cap.quia te.⁊ diſt.vj.teſtamentum. nam deus eſt inſpector cordis,et non operis: vt.xv.qõ.vj.ca.j. Item eſt hic argu.q non omnis qui occaſionem damni dat,damnum dediſſe videtur.⁊ hoc habes in brocardis.xxxj.q.ij.de neptis.⁊ diſt.l.ſepe.ff.ad legẽ aquil. qui occiderit §.pe.

f ¶ Non poſſit. Arg.q nõ ſemper prohibetur bonum propter malum quod ſequi poteſt. Arg.contra.xxij.q.j. in nouo,contra.xxj.diſt.deniqꝫ. Joan.

¶ Seipſum. Hec eſt tertia pars q̃onis in qua,ꝓbat magiſter per quatuor autho. q nullus occidat ſeipſum: quia in illo precepto,non occides,intelligitur,nec te nec aliũ: quia ordinata charitas a ſeipſo incipit. Jo.de fan.

¶ Caſus. Supra oſtenſum eſt an aliquis poteſt alium interficere poteſtate iuriſdictionis:nũc vero oſtenditur q ſeipſum nulli interficere permittitur,quod ꝓbatur per ſequentia ca.

SI non licet. ¶ Caſus. Hoc iij.ps ca.diuidit in duas partes. In prima parte queſitũ fuit ab Aug. vtrum liceat alicui iuſto in perſecutione ſeipſuz interficere ne ab alio interficiatur,vel vtrũ liceat ſeipſum interficere cauſa immortalitatis,id eſt glorie adipiſcende:vel cauſa cauẽdi,id eſt vitandi futura peccata: vel curandi criminis.i.remouendi? Et reſpondet q non: et hoc ꝓbat quatuor modis. Primo argumento a minori,quia non licet occidere aliũ innocentẽ: ergo multo minus ſeipſum. Secũdo,quia Judas fuit reprehẽſus,quia ſeipſum occidit:q̃uis ſcelerat⁹ fuiſſet.multo magis reprehẽdi debet qui ſe innocẽtem occidit. Tertio,quia in lege ꝓhibitũ eſt (vt ibi dictũ eſt) neminem occides. Quarto ꝓbat hac ratione,quia ſi cõtra ſe nemo falſum teſtimoniũ dicere dꝫ,ergo multo min⁹ cõtra ſe mortẽ inferre debet. Secundo queſitũ fuit an liceat alios interficere? Et rñdet q non,niſi vel lex vel deus iubeat occidi. ꝓpter quod Abrahã,Jepte,⁊ Sanſon excuſati fuerũt. Secunda pars incipit ibi: Sed his exceptis. Et quod dicitur ibi mortalitatis.i.glorie habende:quia credens ſe iuſtũ volens migrare ad gloriam,ſeipſum occidit.vel immortalitatis.i.inanis glorie,vt aliquid dicatur de ipſo q ſic videtur deſpicere mundum.

g ¶ Et tanto,i.magis peccat bonus aliquis ſe occiden=

Offm qñqꝫ eſt dãnoſũ.

Cõc. tex.i.l. q iuriſdictiõi. C.de iuriſ.om. iu.⁊.C. ne quis in ſua cau. ꝑ totũ.

Hoc etiã ſequitur L.iij.q.vij iudicet. xj.q.iij. quatuor. Alis abſurduz eſt aliquẽ alij et nõ ſibi ⁊c̃.C. de na.li. nup. ſꝫ Joã.de fan.⁊ h teneas quicquid .j. ſequitur.

Et ext. de iniur. ca.vl.et legi.et no.ext. de teſta. ſi q.⁊ no.i ꝓdi.ca. ſepe. Archi.

Cõc. l.ij.C. vt ne.p. ⁊.l.preſes.C.de ſer.⁊ aqua.

Mat. xvij.a.

tamen non ſolum Chriſti, verumetiam ſue mortis reus finiuit hanc vitā: quia licet propter ſcelus, alio tamen ſuo ſcelere mortuus eſt. cur autē homo qui nihil mali fecit ſibi malefaciat, ⁊ ſeipſum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem: atq̃ in ſe perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum? Item in ſanctis canoniciſq̃ libris nobis nuſq̃ diuinitus preceptum permiſſumve reperiri poteſt vt vel ipſius adipiſcende immortalitatis, vel ipſius mali cauendi[a] curandive cauſa nobiſmetipſis necem inferamus. Nam prohibitos nos eſſe intelligendū eſt vbi lex ait: Non occides. preſertim quia non addidit, proximum tuum: ſicut falſum teſtimonium cum vetaret: falſum (inquit) teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum. nec ideo tamen ſi aduerſus ſeipſū quiſq̃ falſum teſtimonium dixerit, ab hoc ſe putauerit crimine alienum: quoniam regulam diligendi proximum, a ſemetipſo[b] accepit: quoniam quidem ſcriptum eſt: Diliges proximum tuū ſicut teipſum. Porro ſi falſi teſtimonij, non minus reus eſt qui de ſeipſo falſum fatetur, q̃ ſi aduerſus proximum hoc faceret: cum in eo precepto quo falſum teſtimonium prohibetur, aduerſus proximum prohibeatur: poſſitq̃ non recte intelligentibus videri non eſſe prohibitum vt aduerſus ſeipſum quiſq̃ falſus teſtis exiſtat: quanto magis intelligendum eſt non licere homini ſeipſū occidere: cū in eo quod ſcriptum eſt, Non occides, nihil deinde addito: nec ipſe vtiq̃ cui precipitur, intelligatur exceptus[c].

Item: nō occides, nec te, nec alterum. Nec enim qui ſe occidit, aliud q̃ hominem occidit. Quaſdam vero exceptiones eadem ipſa diuina fecit authoritas vt nō liceat hominē occidi: ſed his exceptis q̄s deus occidi iubet: ſiue data lege, ſiue ad perſonam pro tempore expreſſa iuſſione. Nam qui occidit, ipſe miniſterium prebet iubēti, ſicut adminiculum gladius eſt vtēti: et ideo nequaq̃ contra hoc preceptū fecerunt quo dictum eſt, Non occides, q̄ deo authore bella geſſerūt: aut perſonam gerentes publice poteſtatis, ſecundum ius legis, hoc eſt iuſtiſſime rationis imperiū, ſceleratos morte punierunt. Et Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine: verumetiam laudatus Geñ.
eſt nomine pietatis ꝙ voluit filium nequaq̃ ſcelerate ſed obedienter occidere. xxij. b.
Et merito queritur vtrum pro iuſſu dei habēdum ſit ꝙ Jepte filiam que occurrit patri, occidit: cum id vouiſſet Judi. xi.f.
immolaturum quod ei victori redeunti de prelio primitus occurriſſet? Nec Sanſon aliter excuſatur ꝙ ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, Judi. xvj. g.
niſi quia ſpiritus ſanctus latenter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis quos vel lex iuſta gñaliter, vel ipſe fons iuſtitie deus ſpecialiter iubet occidi, quiſquis hominem vel ſeipſum vel quēlibet occiderit, homicidij crimine innectitur.

Item: hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere: velut fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter peccata aliena, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum peccatum proprium: neminem propter ſua peccata preterita, que magis in hac vita opus eſt vt poſſint penitendo ſanari: neminem velut deſiderio melioris vite, q̄ poſt mortem ſperatur: quia reum ſue mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit.

Idem contra Petilianum.

Nemini licet ſibi manus inijcere.

Tu dixiſti[b]: laqueo traditor perijt: laqueum talibus[c] dereliquit. hoc ad nos omnino nō pertinet: neq̃ enim veneramur nomine martyrum[f] eos qui ſibi collum ligauerunt.

Item Hiero. in Jona propheta.

De eodem.

do q̃ malus: quia malꝰ credit ſe mereri per hoc.

a Cauendi. id eſt quia cauere volumus ne aliquis nos ledat.

b Semetipſo. vnde quilibet primo ſibi faciat eleemoſynam: deinde proximo. de penit. diſtinc. iij. capi. qui vult. vnde poſſum mihi cōſulere cum damno alteriꝰ: vt ff. ad legem aquil. ſi quis fumo. argumentū contra. xxij. queſtio. ij. primum. et. xj. qōne. iij. ſi quis vero. — eleemoſinā ſibi pⁱmo deinde alijs facere debet.

c Exceptus. argu. ꝙ perſona ad quā loquimur, nō intelligitur, excepta in generali ſermone: vt. ff. de pignoribus. paulus. §. vlt. Item argumē. eo ipſo ꝙ quid non excipitur, intelligitur includi: vt. ſ. lv. diſtin. ſi euangelica. et extra de iure patro. ex literis. Item eſt hic argu. ꝙ id quod de vno dicitur, de omnibus alijs intelligendum eſt: vt. ij. qōe. j. multi. ⁊. ſ. diſtin. iiij. deniq̃. ⁊ diſtin. v. ad eius. Itē argu. ꝙ verbū indefinite prolatum generaliter intelligendū eſt: vt. xxxj. q. j. ꝙ ſi dormierit. — Exo. xx.c. Sic nec perſona loquens. xxij. di. deinde vbi de hoc. Mat. xxij. d. Verbū indefinite platum eſt gñalit intelligendum.

Tu dixiſti.

Caſus. Petilianus dicebat ꝙ iudas ⁊ alij ſimiles qui ſe pro peccato interimunt, debeāt martyres reputari: eo ꝙ puniant in ſe quod dolēt commiſiſſe. Et reſpondet Auguſtinꝰ hoc non eſſe verum quia non debent martyres reputari q̄ collū ſibi ligauerunt. ⁊ quod dicitur ibi, Abſq̃ eo incluſiue tenetur, id eſt nec in eo caſu.

d Tu dixiſti. Iſte dixit Judam martyrē eſſe, cum penitentia ſit vindicta puniens in ſe quod ſe commiſiſſe dolet: vt. j. de peni. diſtinct. iij. penitentia. vnde dicebat, licitum eſt cuilibet pro pctis ſuis ſe occidere.

e Talibꝰ. ſi ſūt verba Auguſtini, dic talibus, id eſt malis.

f Martyrum. ſ. j. q. j. vide. j. xxiij. queſtiōe. iij. quod autem.

a Non eſt. ¶ Abſq; eo. Dicūt quidam ꝙ vbi fides eccleſie et caſtitas corporis impugnatꝫ, licet alicui ſe occidere, vt hic innuitur: cum tamē Augu. dicat ꝙ ad quodcūq; malū quis cogatur, non poteſt ſe occidere: vt. ꝭ.e.q.iiij. diſplicet. melius poteſt legi hec dictio abſq; incluſiue. ¶ quaſi dicat nec in iſtis (in quibus magis videtur) licet alicui ſe occidere. ſic ponitur ibi: Pulchre ſūt gene tue, abſq; eo ꝙ intrinſecꝰ latet. ſic ponitur hec dictio abſq; incluſiue. xxx. v. qō. iij. progeniē. et. ff. de pignoratitia actione. l. j. xiij. q. ij. ebron.

Occidere ſeipſū nemini eſt permiſſum. ¶ Idem ꝫ textꝰ cū gloſ. l. meminiſſe. ff. de offic. procon. Bar. in l. pronꝰ ꝭ. ſempronio. ff. de lega. iij.

b ¶ Submittere, id eſt nō reſiſtere.

Placuit ⁊c. ¶ Caſꝰ. Queſitū fuit in concilio Bracharenſi vtrū commemoratio debeat fieri in altari pro his qui aliquo modo mortem ſibi inferūt, vꝉ qui pro ſuis ſceleribus interficiuntꝫ: vel vtrū eorꝫ cadauera ſint ſepelienda cū pſalmis? Et reſpōdet ꝙ non.

c ¶ Voluntarie. Secus ſi per furorem: tunc nō imputaretur: vt. xv. q. j. ſi quis inſaniens, ⁊ cap. illa.

iiij. ps. d ¶ Cōmemoratio. ſed nōne cū illi cōicauimꝰ viuo, ergo illi mortuo cōicabimus: vt. xxiij. qōne. ij. ſane? Sed illud intelligas de cōione ſacramētorum, que datur in fine. Sed hec ſolutio nō eſt ſufficiēs: nā ſi qs mortuꝰ eſt ſine ſacramentis illis, ⁊ ſine penitētia (ſi tñ fuit honeſta cā mortis) bene admittiꝫ ad oratiōes ecclie, ſiꝉe eꝫ de ſepul. ex parte.

Mortuus etiā ſine penitētia admittitur ad eccleſie oꝛones

Non eſt noſtrū mortez arripere, ſed illataz ab aliis libenter accipere. vñ ⁊ in pſecutionibꝰ nō licet mihi ꝓpria perire manu, abſq; eo[a] vbi caſtitas periclitatꝫ: ſed pcutienti colla ſubmittere[b].

Itē ex cōcilio Bracharēſi.

¶ Nulla fiat oratio ꝓ his qui ſeipſos interficiunt.

Placuit vt hi q̄ ſibiipſis voluntarie[c] aut ꝑ ferrū, aut per venenū, aut per precipitium, aut per ſuſpendiū, vel quolibet modo inferūt mortē, nulla prorſus pro illis in oblatione cōmemoratio[d] fiat: neq; cum pſalmis ad ſepulturam[e] eorum cadauera deducātur. multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpāt. Similiter et de his placuit fieri qui ꝓ ſuis ſceleribus[f] moriuntur, impenitentes ſubaudiatur.

Idem in eodem libro. j.

¶ Non eſt reus homicidii miles qui poteſtati obediens hominem occidit.

Miles cū obediēs poteſtati ſub qua legitime cōſtitutus eſt hoiem occidit, nulla ciuitatꝫ ſue lege reus eſt homicidii: immo niſi fecerit, reus eſt imperii[g] deſerti atq; contempti. quod ſi ſua ſponte atq; authoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaq; vnde punitꝫ ſi fecerit iniuſſus, inde punietur ſi non fecerit iuſſus.

Idem in q̄ſtionibus Exodi.

¶ Homicida eſt q̄ ſpōte occidit q̄s iudex iubet occidi.

Cum miniſter iudicis occidit eum quem iudex iuſſit occidi: pfecto ſi id ſponte[h] facit, homicida eſt: etiam ſi eum occidat quem ſcit a iudice debuiſſe occidi. Idem.

¶ Sicut iure laudatꝫ obedientia, ita reprehenditur qui ſibi non conceſſa vſurpāt.

Lex eterna ita medio q̄dam loco poſuit aliqua vt in eis vſurpādis merito reprehendatur audacia: in exequendis iure laudetꝫ obedientia. Abraham ſi ſpontaneus[i] in occidendo filio motus fuiſſet, execrabilis haberetꝫ: at iubenti deo obſecundans famulatus eſt. Idem in queſtio. ſuper Mattheum.

¶ Bono animo officia vindicte poſſunt impleri.

Officia vindicte[k] poſſūt implere boni bono aio: quomodo iudex[l], ⁊ quō lex[m].

Idem ad Macedo.

¶ Non eſt iniquus ſed humanus qui crimē perſequitur vt hominem liberet.

Non eſt iniq̄tatis, ſꝫ potius humanitatis ſocietate deuictus qui ꝓpterea criminis[n] eſt pſecutor, vt ſit hominis liberator. Idem.

¶ Quare ſint inſtituta regia poteſtas, et legalia tormenta.

Non fruſtra[o] ſunt inſtituta ptās regis, et cognitoris ius: vngule carnificis: arma militꝫ: diſciplina dominātis: ſeueritas etiam boni pr̄is: habent oia iſta modos[p], cauſas[q], ratiōes[r], vtilitates[ſ]. hec cū timentꝫ: ⁊ mali coercentur, et boni quieti inter malos

f ¶ Pro ſuis ſceleribꝰ. ſicut fures ⁊ latrones: vt eꝫ de fur. fures, niſi fuerint contriti: vt. xiij. q. ij. ca. vlt.

Miles. ¶ Hec eſt. iiij. pars. qō. in qua probat magr̄ ꝑ xj. authoritates ꝙ non peccāt iudices vel miniſtri ſi malos occidūt: ſi tñ nō aio vlciſcendi, ſed aio iudicādi faciūt. Jo. de fan.

¶ Caſꝰ. Queſitū fuit ab Aug. vtrū miles ſit reꝰ homicidii qui ſue ptāti obediēs hoiem interfecit? Et rñd. ꝙ nō. Si aūt ſpōte et ꝓpria authoritate hoc fecerit, reꝰ eſt homicidii.

g ¶ Imperii. ar. ꝙ rōne mādati excuſatꝫ aliqs etiā ſi cōtra cōſcientiā faciat: vt. ꝭ.e.q.j. qd culpatur. i ſi. eꝫ de offic. iudi. dele. paſtoralis. ꝭ. qr̄ vo.

Cum miſter h ¶ Spōte. Arg. ꝙ nō excuſatꝫ vxor q̄ reddit debitum illi quem ſcit cōſanguineū ſuū, de mādato ecclie. ſed diſtiguitur: vt eꝫ de ſen. excōi. inquiſitioni. et de reſti. ſpo. literas.

Lex eterna. i ¶ Si ſpontaneꝰ. ſi. xiiij. qō. v. dixit. Ad hoc facit xxij. q. ij. abrahā.

k Officia vindicte. i. vindicta ex officio.

l ¶ Quō iudex. in extraordiariis vbi non eſt ſtatuta pena criminis. ¶ Uel

m ¶ Lex. i. vbi eſt ſtatuta pena criminis ad vtrumq; eꝫ de off. ⁊ pote. iudi. dele. de cauſis. ver ſus finem. de offi. dele. ff. de iu. redd. l. j.

Non eſt ⁊c. n ¶ Criminis. ꝭ. xlv. diſtin. et qui emendat.

o Non fruſtra ꝭ. diſtic. iiij. facte ſunt.

p ¶ Modos. Ad qd fiāt: vt. ꝭ. q. iiij. qui peccat.

e ¶ Ad ſepulturam. Uidetur ergo ꝙ tales ſepelientur: vt hic, et. j. e. qō. viij. quicūq;. ſed ↄtrarium eſt verū. ⁊ intelligas illud de canina ſepultura. nam et cōtrito qñq; denegatꝫ eccl'iaſtica ſepultura: vt eꝫ de torneamentis, ca. j. ⁊ eꝫ de rap. ſuper eo.

Sepultura qñq; ↄtrito denegatur.

q ¶ Cauſas. Nam ſine cauſa nemo puniēdus eſt. xvj. q. vlti. inuentum.

r ¶ Rōnes. Nā ſm. ll. iudicandū eſt. iij. q. vij. iudicet.

ſ ¶ Utilitates. Nam hoc ſolum bene agitur, vt vita

hominum corrigatur: vt.§.e.prodeſt.Joan.
Cum homo.¶ Caſus. Macedonius de duob⁹ q̄ſiuit ab Augu. Primo vtrum ſit peccatum occidere hominem? Et rn̄.ꝙ q̄nq̧ eſt peccatum: vt ſi fiat ab inimico vel latrone.ꝛ q̄n̄doq̧ non: vt ſi fiat a iudice vel officiali vel milite. Secundo q̄ſiuit an q̄ preſtat alicui occaſionem mortis ſit homicida? Et rn̄d.ꝙ q̄nq̧ homicida eſt vt ↄtigit de eo q̄ fideiuſſorez decipit. et q̄nq̧ nō: ſicut cō tingit in puella a q̄ ſtuprum petitur: ꝛ i patre a q̄ timet filius verberari: ꝛ in eo pro quo quia liberatus eſt, alius ſe occidit. Secunda q̄ſtio incipit ibi: Et aliquando.

Furē nocturnum ſʒ nō diurnum lʒ occidere.

a ¶ Latro. Furē nocturnū licet occidere: ſed diurnum non, niſi telo ſe defendat: vt ex̄ de homi.ſi perfodiēs. ſi aūt fur nocturnus poterat deprehendi ſine leſiōe, tenetur ille qui eum occidit: vt.ff.de ſica. furem nocturnuʒ. Item latronē inſidiā.ē in itineribus licet cuilibet occidere: vt.C.quādo li. vni.ſine iudi.ſe vi. l.j.et.ij.
b ¶ Poti⁹.j.pri. q.vlt.qui alioꝝ.
b ¶ Poti⁹.ſic magis punitur conſulens q̄ faciens: † vt.j.pri.q.vlti.qui alioꝝ.et.lxxxvj.diſtin.tāta. Inq̄rēdū etiam eſt q̄s primo cauſam mali prebuerit: vt.C.ad.l. iul.de vi.pu.ſi q̄.ꝛ ff.ſi quadru.pau. feciſ.dic.l.j.§.cum arietes.
c ¶ Supplicium. ſed certe illud nullo iure † inuenitur ꝙ fideiuſſor poſſit occidi ſi non exhibet illū pro quo fideiuſſit: licet fideiuſſerit pro reo criminis.ſʒ ſi fideiuſſor ſine dolo reum criminis nō exhibet, pecuniariter punitur, ſed ſi dolo eum nō exhibet, punit arbitrio iudicis:

† Ar.l.j.§.ſi plures et ibi Bar.ff.de exer.ꝯ.ꝛ per Bal.in l.iij.C.de ſer.fugi.

† Unde de offi. dele. te cauſis ff.de re dd.l.j.

† Diui no ꝛ humano. Lau.

viuunt. Idem.

¶ Nonnunq̧ potius peccat, qui cauſam mortis prebet q̄ ille qui occidit.

Cum homo ab hoīe occiditur, multum diſtat vtrum fiat nocēdi cupiditate vel iniuſte aliquid auferendi: ſicut fit ab inimico, ſicut a latrone, an vlciſcēdi ꝛ obediendi ordine: ſicut a iudice, ſicut a carnifice: vel euadēdi vel ſubueniendi neceſſitate: ſicut interimitur latro [a] a viatore, hoſtis a milite. ¶ Et aliquando qui cauſa mortis fuit potius [b] in culpa eſt q̄ ille qui occidit: velut ſi quiſpiā decipiat fideiuſſorē ſuū: atq̧ ille pro iſto legitimū ſuppliciū [c] luat. nec tñ oīs q̄ cauſa aliene mortis eſt, reus eſt: veluti ſi ſtuprū q̄ſpiā petit, ſeſeq̧ ſi non īpetrauerit, interimat. Quid ſi fili⁹ timēs pr̄is pia verbera, p̄cipitio pereat? quid ſi alius hoīe liberato vel ne ali⁹ liberet̄ ſibiipſi mortē inferat? nunq̄d ꝓpter iſtas alienarū mortiū cās aut ſceleri cōſentiēdū eſt: aut vindicta peccati que non fit nocēdi ſed corrigendi ſtudio: aut etiā paterna verbera toleranda, aut opa mīe cohibēda ſunt? Hec cum accidūt, debemus eis humanū dolorem: et nō propter illa ne accidāt, recte factorum reprimamus voluntatem.

Item Iſidorus.

¶ Quod ſacerdotes efficere docēdo non valent, diſcipline terrore poteſtas extorqueat.

Principes [d] ſeculi nonnūq̧ intra eccl'iam poteſtatis adepte culmina tenēt vt p eandē poteſtatē diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Ceterū intra eccleſiā [e] ptātes neceſſarie nō eſſent, niſi vt q̄d non preualent ſacerdotes efficere per doctrine ſermonem, ptās hoc impetret per diſcipline terrorē. ſepe per regnū terrenū celeſte regnū proficit: vt q̄ intra eccleſiā poſiti contra fidem et diſciplinā agūt, rigore principū cōterantur: ipſamq̧ diſciplinā quā vtilitas eccleſie exercere nō preualet [f] ceruicibus ſupboꝝ et ptās principalis īponat: et vt venerationez mereat̄, virtutē ptātis impertiatur. Cognoſcant principes ſeculi ſe deo debere eſſe reddituros rationē ꝓpter eccleſiaʒ quā a chriſto tuendā eſſe ſuſcipiūt. Nam ſiue augeatur pax et diſciplina eccl'ie per fideles principes, ſiue ſoluatur: ille ab eis rationē exigit qui eoꝝ poteſtati ſuā eccleſiā tradidit.

Item Leo papa.

¶ Et regia ptās ꝛ ſacerdotalis defendat authoritas q̄ ad diuinā confeſſionē pertinet.

Res aūt oēs aliter tute eſſe nō poſſunt niſi que ad diuinā cōfeſſionem [g] pertinent, et regia et ſacerdotalis defendat authoritas.

Item ex cōci. Turonēſi.iij.

¶ Sacerdotalis admonitio, quos corrigere non valet, ſecularis potentia corrigit.

Inceſtuoſi, parricide, homicide multi apud nos reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotū nolunt admonitionib⁹ aurē accōmodare, volentes in priſtinis [h] perdurare criminibus: quos oportet p ſecularis potentie diſciplinam eccleſiaſticam muniant.

vt.ff.de exhi.re.l.ſi q̄s reū.ꝛ.C.ad turpil.l.ij.poti⁹ ergo reſpicitur hic factū vel conſuetudo alicuius loci q̄ ius.
Principes.¶ Caſus. Dicitur in hoc capi.ꝙ principes ſeculi ad hoc ſunt inſtituti vt eccleſiaſticam diſciplinam defendant: vt quos ſacerdotalis ſermo nō corrigit, coerceat ſecularis poteſtas. De quo ſi non fecerint pricipes, apud deum reddituri ſunt rationem.
d ¶ Principes. hec quatuor capi. ad hoc inducūtur vt principes eccleſias defendant, et reos non permittant viuere.
e ¶ Intra eccleſiam. Laici habēt iuriſdictionē multipliciter intra eccleſiā. Q̄nq̧ in pſonis ipſis cum ſint incorrigibiles: vt xxxiij.diſt.eos qui. et.j.e. de ligurib⁹. Itez q̄nq̧ propter ambitionē alicui⁹: vt.lxxix.diſti. ſi q̄s pecunia. Item cuʒ fidē volūt ſubuertere: vt di.viij.q̄ iure.ꝛ.§.e.c.j.ꝛ.xviij. diſtinct. nec licuit. Item cū falſarius eſt cleric⁹: vt ex̄ de cri.fal.ad falſariorum. Itē cū ꝛ ſchiſma faciūt clerici: ꝛ cū cōtēnūt excōicationem: vt.j.e.q. de ligurib⁹. Item ꝛ vbicunq̧ eccl'iaſtica poteſtas deficit: vt hic. Item et cum tributū petūt ab eccl'ia: vt.j.e.q. viij.conuenior.
f ¶ Nō p̄ualet.§. diſtin.xcvj.duo.§. diſtic.ix.quoniā.§. xj.q.j.iſtud.
Res autem.
g ¶ Cōfeſſionem.id eſt ad eccleſias chriſtum confitentes. †
Inceſtuoſi. ¶ Caſus. Dicitur in hoc capit.ꝙ mali qui per eccleſiā non poſſunt corrigi, volētes in ſuis criminib⁹ perdurare, coerceri debent per brachium ſeculare.
h ¶ In priſtinis.§.lxxxij.diſt.plurimos.Joan.

Laici q̄nq̧ in clericos habent iuriſdictionē.

† Ut in eis deū oram⁹ ꝛ confitemur.

Regum. ¶ Caſus. Dicit hiero. in hoc. c. q principes debēt defendere vi oppreſſos et peregrinos, viduas ⁊ pupillos. Et hoc probat authoritate hieremie que incipit ibi: Nolite o reges iuda Intulit. ſ. hieremias.
a ¶ Oppreſſos. hic videtur q ad iudiciū ſeculare ſpectet defendere oppreſſos et viduas et pupillos: vt. ī. e. adminiſtratores. ⁊ ꝫ. ea. qōe. iij. ab imperatoribus. et. C. qñ impa. inter pupil. et vid. l. vnica. Sed cōtra. ī. xxiij. qō. vlti. ſi qs de potentibus. lxxxij. diſtin. deſolatis. † et cap. j. et. ij. xij. q. ij. omis etas. Dic q ad vtrūqꝫ pertinet potius tñ ad eccleſiam. extra de foro compe. ex tenore.
† Alias incipit defenſionis. ⁊ eſt. ij. ca.
b ¶ In loco iſto. id eſt in eccl'ia. Jo.
¶ Ipſis aūt. ¶ hec eſt. v. ps. q. in qua magiſter pbat q fides debet ſeruari principib⁹. ⁊ hoc probat per duo. c. Jo. de fan.
¶ Caſus. Gra. dicit q principib⁹ exhibere debemus fidem ⁊ reuerentiā. De fide tractat in ca. ſi apud. de reuerentia in ca. dicat.
v. ps.
Si apō. ¶ Caſus. Oſtēdit hieroñ. hic q illi qui carnali dño in minimis fuerūt fideles maiora premia apud deū cōſequētur: qꝛ ſeruant doctrinā dñi q̄ ſue conditioni impoſita non denegant. Nec pōt eſſe fidelis i ſubſtātia dei, qui carnali dño fidem non exhiber.
c ¶ Conditioni. Not. q q̄libet debet facere que ſue conditioni conueniunt: vt. xciij. diſt. legimus. ⁊. vij. q. j. ſi qs epſ. et eſt hic argu. contra clericos quibus diſplicet cōditio ſua, qui comam volunt nutrire. extra de vita et hone. cleri. clericus.
Faciat q̄libet que ſue conueniūt cōditioni.
d ¶ Qui contradictor. ꝫ. xvij. q. vlti. ſi quis ſeruum.

plinam a tam praua conſuetudine coerceri, qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt reuerti. Item Hieronymus ſuper Hieremiam.

¶ Malos comprimere et bonos ſubleuare, regum officiū eſt.

Regū officiū eſt ꝓprium facere iudicium atqꝫ iuſtitiā: ⁊ liberare de manu calūniātiū vi oppreſſos[a] ⁊ peregrinos, pupilliſqꝫ et viduis q̄ facili⁹ opprimunẗ a potentib⁹ prebere auxiliū. et vt curā eis preceptorū dei maiorē inijceret, intulit. Nolite contriſtari vt nō ſolū eripiatis: ſed ne patiamini quidē vt vr̄a cōniuentia eueniat ab alijs contriſtari ⁊ ſanguinē innocētē nō effundatis in loco iſto[b] homicidas eñ ſacrilegos ⁊c. Et poſt pauca. Si inq̄t hoc feceritis o reges iuda, tenebitis priſtinam poteſtatē. Ipſis autē principibus ⁊ poteſtatib⁹ fidē et reuerentiā ſeruari oportet: quā qui non exhibuerit, apud deū premia inuenire non poterit. Unde idem Hieronymus.

¶ Eterna mercede fraudaẗ, qui fidem ⁊ reuerētiam poteſtatibus ſeruare contemnit.

Si apud carnales dños in minimis fideles fuerint, incipient eis apud deum premia maiora cōmitti. ornat autē doctrinā dñi q̄ ea que cōditioni[c] ſue apta ſunt, facit: et e diuerſo cōfundit eā qui non eſt ſubiectus in oib⁹: et cui cōditio ſua diſplicet: q̄ contradictor[d] atqꝫ fraudator in nullo fidē bonā oſtēdit. Quomodo[e] enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia dei qui carnali dño fidem exhibere non potuit?

Item Ambroſius in libro primo de patriarchis.

¶ Militar' diſciplina regi omnia ſeruat.

